



* * *

96

DANIEL HAINOCIUS

SACRO-SANCTÆ THEOLOGIÆ STUDIOSUS.

Anagramma.

Io! Theseus nifus vi, Dædalias Cochleas, intoga coronat!

Dicite Io Pæan! Soboles Parnassia THESEUS,
Castalidum latices, sacrasque Aganippidos undas,
Assiduo meditans, susceptos mente labores,
Exantlavit: Io Dryades nunc dicite Pæan!

VI NISVS magna, Labyrinthi mille laborum
Mæandros dubios, multos in devia sæpe
Ducentes, felix Ariadnes fila secutus
Calcavit, trivium vitans erroris ubique.

Et jam DÆDALIAS, laudato munere functus,
Emensus COCHLEAS, patulas evadit in auras,
INque TOGA sapiens, operas colophone CORONAT.

Signa Letitiae dabit Opponents

FRANCISCUS HORWATH BIBITTHY,

Neograd. Hung. SS. Th. & Phil. Cultor.

Non tantum Chloris, festis comitata Napæis;
Pallas nunc etiam ducit ubique choros.

Illa, quod arva suis jam cernit floribus aucta;
Hæc, bene quod cecinit Pythia Musa, sacra.

Gratulationis causa adjecit

STEPHANUS BODZAI, Kolta Hungarns

SS. Theol. & Phil. Stud.

* * *
PICta, en, fLoret hVMVS, retegIt VernaLIa Do
na :

SIC proDI's Caras TV qVoqVe MentIs opes.
Rlte bono aVspicio pVgnas ante ora Do CentVM,
NoDos Intortos exclpls, aC reMOVes.
CreDito, Ver prælens Vber CoMitabl't Vr æstas,
ConsVrgat LaVDIs qVo seges aMPLa TIBI.

*Ita amicorum suorum intima Doctrina Specimen
edenti applaudebat*

MARTINUS DUBOWSZKY,
Leuchovia - Vngarus.

Alum sähet an der Mayn mit Lilien zu pranzen;
So säht HAYNOZIUS Mein Werther Freund
auch an
Ein rechter HAYN zu seyn / Sein Blüthn ist angeganzen /
Drum läst er seine Blüth sehn / an der Weißheit-
Plan.
Er käume weiter fort / er grüne / wachse / blühe /
GOTT breite Jhn selbst aus zu einen breiten HAYN
Der in der Kirche steh / der Kirchen Frucht erziehe /
Daß Nahme mit der That möge beysämen seyn.

Mit diesen wolte seinem Freund aggratuliren / und sich
dessen gut geneigten Andencken recommendiren
Der seinem Freund

Jnnigst
Johann **G**eneigtest **E**rgebener
Gottfried Ertel
Cremnitio-Hungarus.

ה	מחולל	ד	עת תורה
	משכיל עליו		מלכך
ה	היינו כל	נ	אם ריבך
	אך בשלי		הא מדויק
ת	זה הפתור	ד	פרייה לך
	שביתרון		עקב טרח
ץ	משדח חל	נ	שר מושב
	הוא לא נאץ		מושב לותר
ד	מושב צב	ל	ו הכון שם
	אתו מכי		בשיבתו

Quod *Sedem* Mosis, *Sedemque* tuere Lutheri,
Sedibus æthereis Spiritus ille venit.

Honori & amori civis optimi dabat

SAMUEL HRUSCOWIZ, Carpon. Hung.
 S. Th. & Phil. Cult.

Ingenii fœtus, redolet qui Pallada Sacram,
 Ostendit, quam sis docta Camœna fatis.
 Non rudis ingenio Davus; sed clarus ob Artes
 Oedipus es: comptum mentis acumen habes.
 Dura nimis sphynxis jam nunc ænigmata solvis,
 Virtutisque Tuæ præmia magna capis.

Gratulabundus scribebat

ANDREAS JANOSSIK, Iſztebna Arvens. Hung.
 SS. Theol. & Phil. Cult.

Est aliquid Cathedram conscendere velle LUTHERI;
 Majus ab infano maledicta vomente tueri:
 Ast utrumque simul qui præstat, præmia, solus
 Dignus, quem maneant. Cur ergo gaudia cunctor
 Perdidicte Tibi læto testrier applausu,
 Utpote qui valida pellis ratione Theonis

Scommata, quæ furiis agitata jactat inique
In Cathedram, Divi quæ dicitur esse LUTHERI?
Ecce Tuis meritis video jam digna parare
Præmia Panoniam! quæ, postquam faustus eandem
Attigeris, capies : Sic ominor, opto, precorque.
Audito, in Patriam, quam nunc meditari adire,
Auspicio dextro Te pervenisse, bonisque
Acceptis gaudere, mihi gaudebo, Tibique
Lætitiæ dare signa meæ mea Musa parabit.

*Paucula hæc, utut incondite, candido tamen scripta,
adjicere voluit, Opponentis munere functus,*

JO. JACOBUS NEUHOLD, Sempr. Vng.
SS. Theol. & Phil. Stud.

Militis exemplum generosi quærere longe
Haud opus est; hujus non leve charta dabit.
Scilicet egregia pugnae, quam præstitit arte
HAINOCI, hæc locuples unica testis erit.
Si modo quis doctis oculis lustraverit istam,
Comperiet paucos sic meruisse Viros.
Quis nunc impediatur post pugnam Castra Minervæ
Deseruisse? Lares quis repetisse vetet?
Ergo faustus abi: quid enim? nisi vota supersunt.
Astra Tibi faveant, sit Deus ipse Comes.

*Hæc pauca, amoris restandi causa, Amico integerrimo
apposuit*


MATTHIAS AVGVSTINI, Nicopolio Vng.
SS. Theol. & Phil. Cult.



Umg. VI 6

VD 77





* * *
DANIEL HAINOCIUS
SACRO-SANCTÆ THEOLOGIÆ STUDIOSUS.

Anagramma.

Io! Theseus nifus vi, Dædalias Cochleas, intoga coronat!

Dicite Io Pæan! Soboles Parnassia THESEUS,
Castalidum latices, sacrasque Aganippidos undas,
Assiduo meditans, susceptos mente labores,
Exantlavit: Io Dryades nunc dicite Pæan!
VI NISVS magna, Labyrinthi mille laborum
Mæandros dubios, multos in devia sæpe
Ducentes, felix Ariadnes-fila secutus
Calcavit, trivium vitans erroris ubique.
Et jam DÆDALIAS, laudato munere functus,
Eminus COCHLEAS, patulas evadit in auras,
INque TOGA sapiens, operas colophone CORONAT.

Signa lætitiæ dabat Opponens

FRANCISCUS HORWATH BIBITTHY,
Neograd. Hung. SS. Th. & Phil. Cultor.

Non tantum Chloris, festis comitata Napæis;
Pallas nunc etiam ducit ubique choros.
Illa, quod arva suis jam cernit floribus aucta;
Hæc, bene quod cecinit Pythia Musa, sacra.

Gratulationis causa adjecit

STEPHANUS BODZAI, Kolta Hungarus
SS. Theol. & Phil. Stud.